Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

accipere. ut ante quam quisq; fuerit baptizatus. non solum ad usus
spiritum sanctum. sed etiam fiat ad usus filium hominis post baptismum
oriretur verbum. et omnino si qua formidatione vel homicidio
vel ullo flagitio aut facinore post baptismum sese maculauerit
non potest penitendo recuperari. Qui enim sensuum exclusi
sunt a communione catholica. satisque iudicatum est eos in
illa crudelitate diuine misericordie participes esse non posse.
Si autem illud solum quod ad usus spiritum sancti dicitur sine uenia
esse post acceptum baptismum putatur. primo dnis cum inde lo
quitur nullum tempus excepit. sed regulariter aut quod dicitur verbum
ad usus spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in
futuro. De inde symon quem paulo ante commemorauimus
baptismum acceperat cum spiritum sanctum christissimo mercatui subdi
tum credidit. Cui correpto a se petrus tamen consilium peni
tendi dedit. Quod autem agimus de his quibus cum baptismi sacramenta pue
ri. vel etiam infantes percepiunt. postea negligenter educati pigno
rantie tenebras uitiorum pissima ducunt. nescientes omnino
quid. xpiana disciplina iubeat aut uetet. quid polliceantur et quid
minetur quid credendum. quid sperandum quid diligendum sit. Nunc
audebimus peccata eorum propterea non ignorantie peccata deputare
qua baptizati peccauerunt. cum omnino ignorantes et omnino
quemadmodum dicit ubi caput haberent nescientes in magno
errore peccauerunt. Quod si eo tempore cum scientia quisque peccas
se dicatur. quo scitur malum esse quod facit et tamen facit. cur hoc in
spiritum sanctum solum non etiam in dominum ihm xpm et remissibile iudi
catur. Aut si in hoc ipsum esse creditur peccare vel verbum dice
re ad usus spiritum sanctum quod iubet peccatum cum scientia commit
tere. ut quidquid homines ignorando peccant in filium pec
care. quidquid autem scientes peccant in spiritum sanctum peccare. iu